recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante
semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio Stare
Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere Inscriptioni
1954 huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebi:
tur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obli:
gat praesentibus illum Terminum primum peremptorium
et alios omnes, exinde consequentes, Causa eiusdem Ter:
minos semper peremptorios, Vera Infirmitate pro maioriminu:
norennitate successorum legatione, intra vel extra Re:
gnum servitio Militari, ad munimenta ad Evictorem
vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos
officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Ter:
minos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones
appellationes, ac earum prosecutiones faciendo. ac praemissa
omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus, suspensioni:
bus, fatalis Iuris, praescriptione Terrestri bello Conventioneq
ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec
modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali reco
gnitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Kleczynski Confi Reformat

1955 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus
Ludovicus Kleczynski Camerarius Terrestris Praemysli:
ensis olim Generosi Georgij Kleczynski cum Nobili Anna
Krzeska procreatus filius sanus mente et corpore existens
a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis pro:
prijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi
Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum
praesentem attinet, seum successoribus ac bonis suis genera:
liter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia
ipse Generosa Leonora Brzemanska olim Generosi
Caroli

Caroli Brezianski cum Generosa Sophia Pobidzinska Consorte eius legitima procreata filia, consorti vero sua legitima summam trium millium florenorum Polonicalium, ratione vera dotis et expeditionis de bonis paternis et maternis eam concernentis post ipsam accepta et in domum suam importata, necnon aliam similem summam [illegible] millium florenorum Polonicalium ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate, bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniariarum necnon auri, argenti, clenodiorum, unionum, margaritarum, vestium vestimentorum, stanni, aeris, cupri orichalci, pecorum pecudum, equorum equitiorum, ac totius suppellectilis domesticae, nunc habitae et in post habendae, dedit dotavit, dotalicavit, inscripsit et reformavit praesens, prout dat, dotat, dotaliciat, inscribit et reformat praesentibus per ipsam Generosam Leonoram Kleczynska sui recognoscentis consortem legitimam et ipsius posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum universis ijs utilitatibus et usufructibus, competentiaque et praerogativa quavis tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice usufruendi ac ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, vigore ac more aliarum reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Kleczynskich Coniugum mutua Advitalitas. 1238

Comparentes coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Premisliensibus Generosi Ludovicus Kleczynski camerarius terrestris Premisliensis ab una et Leonora Brezianska coniuges legitimi sani mentis [illegible] suique potentes.